



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

34. Cum sicut Nobis &c. Damnatio, Reprobatio & prohibitio quorundam
opusculorum & aliorum quorumcumque Librorum, & Libellorum, tàm
editorum, quàm edendorum adversus Decretum Apostolicum super ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

Affixio hujus Monitorii in Urbe, & confinibus vim habeat personalis executionis.

Die 30. Julii anno 1707.

cloritate nostra decernimus, præfens nostrum Monitorium in Romanâ Curia ad valvas Magnæ Curie Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, & extra eam inconfinitibus hujus Status Ecclesiastici, versus Regnum Neapolis, nempe in Civitatibus Afculi, Reatis, Terracinæ, Verularum, & Civitatis Vetulæ, necnon Terrarum Nursiæ, Montis S. Joannis, Sublaci, & Ceprani ad valvas Cathedralium, & respectivè majorum Ecclesiarum, per dimissionem, & affixionem illius copię, & in actis infra scripti Notarii legitime reproductum, ita eosdem Monitos arctare, & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitime executum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentianâ Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo septimo, Indictione decimâ quintâ; die verò trigessimâ mensis Julii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno septimo.

Antonius Sabbainus Locumtenens, & Juxta Deputatus.

Loco ✦ Sigilli.

Paulus Fatius Curie Caus. Cam. Apost. Not.

DAMNATIO,

XXXIV.

Reprobatio, & prohibitio quorundam Opusculorum, & aliorum quorumcumque Librorum, & Libellorum, tam editorum quam edendorum adversus Decretum Apostolicum super remotione R. P. D. Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni à Vicariatu Apostolico Missionum Hollandicarum, necnon super damnatione quarundam illius scripturum, cum prohibitione, sub pœnâ excommunicationis latæ sententiæ, idem Decretum de cætero quomodocumque impugnandi, sive ei contra veniendi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum (sicut Nobis innotuit) obtentu tam defendendæ causæ Venerabilis Fratris Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni, quem Nos dudum ab Apostolico Hollandiæ, illique federatarum Provinciarum Vicariatu, nostro desuper die 3. Aprilis 1704. edito Decreto, removendum duximus, quam tuendarum quarundam ejusdem Petri Archiepiscopi scripturum, quas eodem Decreto damnavimus, & prohibuimus: quampurimum inquietorum Hominum, & publicæ tranquillitati adversantium operâ in lucem prodierint, & in dies prodeant libelli, quorum evulgatione exortæ hæctenus inter Catholicos illarum Partium turbæ, atque diffidia foventur; imò & prævæ doctrinæ semina ad simplicium subversionem, non sine maximo orthodoxæ fidei detrimento diffunduntur: Nos dum de aliis tam gravi morbo, in animarum Nobis ab Altissimo commissarum perniciem vergenti, opportunè adhibendis remediis sedulè cogitamus, aliquos interea ex iisdem libellis, qui ad Apostolatus Nostri notitiam pervenerunt, Latino, Gallico, & Belgico respectivè Idiome typis impressos, Venerabilibus Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus in tota Republicâ Christianâ contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sede Apostolicâ specialiter depu-

tatis examinandos commisimus, quorum tituli sunt infra scripti, videlicet:

Apologia pro Clero Ecclesiæ Batavorum Romana Catholica, seu rationes, ob quas Clerus censuit in locum Reverendissimi Archiepiscopi Sebasteni non esse illico recipiendum D. Theodorum Cockium. Per Joannem Palæopistum. Delphis apud Henricum Van Rhyn. 1702.

Affertio Juris Ecclesiæ Metropolitanæ Romano Catholicæ adversus quosdam, qui eam ad instar Ecclesiarum per Infidelium persecutiones destructarum Jure pristino penitus excidisse existimant. Per I. C. E. I. V. Licent. ejusdem Ecclesiæ Canonicum. Delphis Typis Henrici Rhinavi, 1703.

Imago Pontificia Dignitatis penicillo Sacrarum Scripturarum, ac Traditionis nativè delineata: Ubi quid Pontifici Romano competat, vel non competat, collectis ex Ecclesiastica supellectile documentis, luculenter, ac compendio demonstratur. Autore Desiderio Paleophilo. Constantiæ apud Æneam Sylvium, 1704.

Cleri Catholici per Federatum Belgium, & Archiepiscopi Sebasteni Religio vindicata contra Libellum Memorialens de statu, & progressu Janensismi in Hollandia. Joannis Clerici in S. Augustinum censura resellitur. Scripta varia ad rem pertinentia ad calcem appenduntur. Authore Christiano Philireno Presbytero S. T. Professore. Trajecti ad Rhenum, 1703.

Motivum Juris pro Capitulo Cathedrali Harlemensi. Harlemi Typis Nicolai Braau, 1703.

Resuratio responsi ad Libellum, cui titulus: Motivum Juris pro Capitulo Cathedrali Harlemensi, sive Elucidatio ulterior Jurium ejusdem Capituli. Harlemi Typis Nicolai Braau, 1703.

Epistola Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni ad Catholicos Incolas Federati Belgii de suo ad Urbem itinere, ac de muneris sui administrandi interdictione. Trajecti ad Rhenum typis Theodori ab Eyndem, 1704.

Epistola secunda Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni ad Catholicos Incolas Federati Belgii, Trajecti ad Rhenum ex Bibliopoli Theodori ab Eyndem, 1704.

Even redige Samenpraek ophot Verwoyzen Van Onsen Saligmaker Jesus Christus, en op de Zaek Van den Afschbischop Van Sebasten.

Xenicam Chronographicum, sive Selecta Innocentia per invidiam calumniarum oppressæ exempla Illustrissimo ac Reverendissimo D. Petro Coddæo Archiepiscopo Sebasteno &c. Pro strenâ, oblata cordis, & animi sinceritate 1705.

Lettre de Monsieur N. à un Seigneur d'Angleterre sur la demande s'il est bon d'employer les PP. Jesuites dans une Mission? Qu'on à trouvé à propos de donner derechef au public en tant qu'elle fournit de la lumiere dans l'affaire de Monseigneur de Sebaste, 3. Fevrier 1686.

Klagende Merkuur Opgedragen aan de Herr Franciscus Fairlemnt Theol. Doct. Door Henrick Spoor Ph. & Med. Doct. Tot Utrecht Gedrukt Voor den Auteurs by Johan Visch, 1703.

Lettre d'un Homme de qualité pour servir de réponse à une autre, à Luy adressée par Monseigneur l'Internonce Apostolique avec la Bulle, qui à pour Titre, Datée à Rome le 7. d'Avril, 1703.

Adeodatus Pr. Compresbyteris de Clero per Federatum Belgium D. Theodor. Cockium, ut Provinciarum non recipientibus S.P.D. Delphis apud Henricum Van Rhyn. 1703.

Responsio Henrici Spoor ad Epistolam sibi scriptam à D. Internuncio Bruxellensi edita Latino, & Belgico idioma, & data Ultrajecti... Maii 1703.

Lamenta, & querela Sponsæ Sebasteni, per Clementem XI. viduata, ad eundem pro Sponsa suo.

*Cato Uticensis redivivus ad amplissimos Archidia-
ceseos Ultrajectensis, & Diocesanos Harlemensis Capi-
tulares Viros. Pro Aris, & Focis.*

*Giberti Amstelii expostulatio altera adversus
Loiolinas, sacros Societatis Jesu desertores. Colonia
apud Balthasar ab Egmont, 1704.*

*Collyrium Theodoro de Cok dono missum per M.M.
A.P.C. Cordis amicitia, 1704.*

*Declaratio, & responsiones ab Archiepiscopo Seba-
steno, cum in Urbe esset, E.E. D.D. Carāmalibus
tradita, & jam Orbi pandita Christiano, 1704.*

*Avus sincerus aux Catholiques des Provinces Unies
sur le decret de l'Inquisition de Rome contre M. l'Ar-
chevêque de Sebaste Vicaine Apostolique avec plu-
sieurs Pièces, qui ont raport à son affaire, 1704.*

*Reflexions succinctes sur la lettre d'un Catholique
Romain à un de ses Amis d'Italie, touchant l'état
présent des Catholiques Romains en Hollande, 7. No-
vembre 1704.*

*Littera ad Archiepiscopum Sebastenum nomine S.
Congregationis de propaganda Fide 25. Augusti 1703.
ut festur, scripta, ab inquisitis illustrata hodie in
lucem edita, notis verò brevibus illustrata per Janum
Parrhasium. Amstelodami 1704.*

*Diotryphes sive Spiritus, & Opera Theodori Cokii
accuratè descripta, & justificando Clero eum in Vicari-
um Apostolicum n. n. recipienti in lucem data, ab
Eugenio Clavio Theologo. Lugduni apud Henricum
Aetsen, 1704.*

*Jesuitarum, aliorumque Romana Curia adulantium
de Summi Pontificis auctoritate commenta, Regnis,
Regibusque infesta, ac specialiter Supremis, Prapoten-
tibusque Federati Belgii Ordinibus periculosa: fide-
liter proposita per Jura Consultum Batavum, Ecclesia,
& Patria amatem. Amstelodami, 1704.*

*Nota breves in Epistolam ad Catholicos Hol-
landia, quae sub nomine Pontificis Clementis XI.
circumfertur, per Jura Consultum Batavum.*

*Nota in Decretum, quod sub Inquisitionis nomi-
ne circumfertur contra Archiepiscopum Sebastenum
per Janum Parrhasium.*

*Disquisitio Theologica de Potestate, ac juris-
dictione, quibus in Federati Belgii Provinciis
etiamnum fruatur Archiepiscopus Sebastenus, abla-
to licet Vicariatu Apostolico, nunquam antehac
Typis edita.*

*Zedelyke Overweginge van het Decreet der
Roomse Inquisitie, des Jaars, 1704. 3. April. Te-
gens de Verklaringe en Verantwoordinge des Aarts-
bischops Van Sebasten. Rotterdam 1704. Id est Mode-
sta consideratio Decreti Romanae Inquisitionis anni
1704. 3. Aprilis &c.*

*Vreedzame Vvaarschouwing, over Zekere Brief
de Naam Voerende van Clemen. XI. Id est Pacifica
Admonitio super certam Epistolam nomen ferentem
Clementis XI.*

*Denunciatio Apologetica Petri Coddæi Archiepis-
copi Sebasteni sinceris, solidisque documentis firmata,
quam circa precipua casse suae capita evulgandam
duxit. Trajecti ad Rhenum.*

§. 1. Audistis itaque memoratorum Cardina-
lium, qui relatas sibi super istdem libellis plu-
rium in Sac. Theologia Magistrorum censuras
diligenter perpenderunt, sententiis, creditum
Nobis à Domino Pastoralis curae, atque vigilan-
tiae munus, quantum Nobis ex alto conceditur,
salubriter exequi cupientes, de eorumdem Car-
dinalium consilio, ac etiam motu proprio, & ex
certa scientiā, & matura deliberatione nostris, de-
que Apostolicae Potestatis plenitudine, non modò
omnes, & singulos supradictos libellos, utpote
multa falsa, calumniosa, Apostolicae Sedi ejusque
Ministris injuriosa, piarum aurium offensiva,

scandalosa, temeraria, erronea, atque in apertum
schisma tendentia respectivè continentes: verum
etiam omnes, & quoscumque alios libros, libel-
los, epistolas, & alia quavis opera, seu opuscula
directè, vel indirectè adversus praefatum nostrum
Decretum remotionis supradicti Petri Archiepis-
copi, nec non damnationis, & prohibitionis me-
moratarum ejus scripturum quocumque idiomate
hactenus edita, & sique in posterum edi con-
tingerit, tenore praesentium damnamus, & repro-
bamus, ac pro damnatis, & reprobatis perpetuò
haberi debere decernimus.

§. 2. Ac proinde omnium, & singulorum tam
supra descriptorum, quam aliorum quorumlibet
similium libellorum, librorum, epistolarum, ope-
rum, seu opusculorum impressionem, descriptionem,
lectionem, retentionem, & usum omnibus,
& singulis Christianis etiam specificè, & in
dividua mentione, ac expressione dignis, sub poe-
nā excommunicationis per contrafacientes ipso
facto absque aliā declaratione incurrendā, à quā
nemo à quoquam, praeterquam à Nobis, seu
Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in
mortis articulo constitutus, absolutionis benefi-
cium valeat obtinere, omnino interdicimus, &
prohibemus. Volentes, & Apostolicè autori-
tate mandantes, ut quicumque libros, libellos,
epistolas, opera, seu opuscula praedicta, vel
eorum aliquod penes se habuerint, illa, seu il-
lud, statim atque praesentes litterae eis innote-
runt, teneantur tradere, atque consignare loco-
rum Ordinariis, vel haereticæ pravitatis Inqui-
sitoribus, qui exemplaria sibi sic tradita illicò
flammis aboleri curent.

§. 3. Insuper sub pari excommunicationis poenā
interdicimus similiter, & prohibemus, ne quis
in Concionibus, Catechismis, Lectionibus, aut
aliis ad populum Sermonibus praedictum no-
strum decretum in causā memorati Petri Ar-
chiepiscopi, summā quidem maturitate, & ju-
stitiā editum, ullo tempore, vel quovis praetex-
tu impugnare praesumat, vel eidem quomodoli-
bet aultu temerario contraire.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis
quibuscumque. Ceterum, ut ipse praesentes litterae
omnibus facilius innotescent, nec quisquam il-
larum ignorantiam allegare possit, volumus, &
auctoritate praefata decernimus, illas ad val-
vas Basilicae, Principis Apostolorum, ac Can-
cellariae Apostolicae, nec non Curiae Generalis
in Monte citatorio, & in Acie Campi Florae
de Urbe per aliquem ex Curatoribus nostris, ut
moris est, publicari, illarumque exempla ibi-
dem affixa relinqui; Sic verò publicatas omnes,
& singulos, quos concernunt, perinde afficere,
& arctare, ac si unicuique illorum personaliter
intimatae, & notificatae fuissent: Earumdem au-
tem praesentium litterarum transumptis, seu
exemplis, etiam impressis, manu alicujus No-
tarii publici subscriptis, & sigillo Personae in
Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eam-
dem prorsus fidem tam in judicio, quam extra
illud ubique locorum haberi, quae ipsis praesentibus
haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

§. 5. Demum omnes, & singulos, qui in praesentibus
federatis Provinciis verè Catholicorum nomi-
ne censerentur, & Apostolicae Sedi communio-
ne sociari, atque eos praesertim, qui in sortem
Domini vocati, spiritu humilitatis, lenitatis, & o-
bedientiae debent ceteris praevalere, pro paternae
nostrae charitatis debito hortamur, rogamus, at-
que obsecramus in Domino Jesu, ut depositis si-
multatibus, & Partium studiis, discant idipsum
sapere in Domino, donantes invicem, si quis ad-

Damnat omnia praefata
scripta, & li-
bellos hactenus
edita.

Et quavis
alia in poste-
rum edenda.

Eorum lec-
tionem, &
retentionem
verat sub poe-
na excommu-
nicationis
Summo Pon-
tifici refer-
vata.

Mandat ex-
emplaria di-
ctorum libro-
rum, & scrip-
torum tradi
locorum Or-
dinariis, vel
Inquisitori-
bus.

Prohibet
sub poena ex-
communicationis
impugnari decre-
tum Pontifi-
cium in cau-
sa Archiepis-
copi Sebalte-
ni.

Derogat qui-
buscumque
contrariis, &
jubet praesentium
litterarum publi-
cationem in Ur-
be factam
omnes afficere,
ac si cui-
que persona-
liter intima-
tae fuissent.

Paternè hor-
tatur Catho-
licos fede-
rati Belgii ad
mutuam cha-
ritatem, &
pacem.

versus

versus aliquem habet, querelam, sicut & Christus donavit Nobis, ut non blasphemetur nomen Domini; sed unanimes honorificemus Deum, & qui una fide jungimur, unitate spiritus; & vinculo pacis invicem copulemur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Octobris MDCCVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

F. Oliverius.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo septimo, Indictione 15, die vero 8. mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Pape XI. Anno Septimo, supradictæ Literæ Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curia Generalis in Monte Citorio; in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Josephum Staggium Apostolicum Curso-rem.

Pro D. Magistro Curforum Ludovicus Capelli Curf.

XXXV.

DAMNATIO

Et prohibitio librorum sub titulis: *Doctõris Laurentii Pires Carvalho Questiones selecte de Bulla Cruciatæ Lucitaniae &c. Epitome das Indulgencias, e Privilegios da Bulla da Sancta Cruzada reparado pera maior clareza em titulos pellas Indulgencias, e diversas facultades, que contem com alguãs advertencias no principio, composto por Lourençõ Pirez de Carvalho &c.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad perp
eternam
rei memoriam

Cum, sicut Nobis innotuit, in lucem prodierint ante aliquot annos duo Libri, unus quidem in duos tomos divisus sub titulo infrascripto, videlicet, *Doctõris Laurentii Pires Carvalho Questiones selecte de Bulla Cruciatæ Lucitaniae, Pars prior- & posterior. Ulyssippona 1698.*; alter vero Lucitanico idiomate editus, cui titulus: *Epitome das Indulgencias, e Privilegios da Bulla da Sancta Cruzada reparado pera maior clareza em titulos pellas Indulgencias, e diversas facultades, que contem com alguãs advertencias no principio; composto por Lourençõ Pirez de Carvalho do Conselho de sua Magestade deputado do Tribunal da Consciencia, e Ordens, e do Conselho dos tres estados, Commissario Geral da Bulla da Sancta Cruzada nestes Reinos, e dominios de Portugal. Lisboa 1696.* Et Venerabiles Fratres nostræ S. R. E. Cardinales in totâ Republicâ Christiana contra Hæreticam pravitatem generales Inquisitores à Sede Apostolica specialiter deputati auditâ librorum hujusmodi censurâ sibi relatâ illos damnandos, & prohibendos esse censuerint. Hinc est, quod Nos pro commissâ Nobis divinitus gregis dominici curâ Anninarum periculis, atque detrimentis, quæ ex eorundem librorum lectione, & usû provenire possent, pastorali sollicitudine, quantum cum Domino possumus, occurrere volentes, de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, libros supradictos, & eorum quemlibet tenore

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, ipsorumque librorum, & eorum cujuslibet impressionem, descriptionem, retentionem, lectionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis, sub pœna excommunicationis per Contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendâ, à quâ nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, omnino interdicimus. Volentes, & Apostolicâ auctoritate præcipientes, ut quicumque libros prædictos, vel aliquem eorum penes se habuerint, illos, seu illum, statim atque præsentem literæ ad eorum notitiam pervenerint, teneantur tradere, atque consignare locorum Ordinariis, vel Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, qui exemplaria sibi tradita illicdè flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quicumque. Caterum, ut ipsæ præsentem literæ omnibus facilis innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate præfata decernimus, ut illa ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curia generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur; Sic vero publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent: utque earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur; quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 19. Decem. 1707. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

F. Oliverius.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo septimo Indictione 15, die vero vigesima Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Pape XI. anno octavo, supradictæ Literæ Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curia Generalis in Monte Citorio, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Antonium Placentinum Apostolicum Curso-rem.

Nicolatis Vasellus Pro Mag.

DECLARATIO

XXXVI.

Nullitatis Electionum duorum Administratorum Ecclesiarum Gnesnensis, & Uladislavienfis ab illarum Capitulis, & Canonicis per abusum laicalis potestatis ac in præjudicium modernorum Archiepiscopi Gnesnens., & Episcopi Uladislavien. respectivè factarum, necnon quorumcumque inde secutorum, & secutorum, cum illorum damnatione, revocatione, & abolitione, ac cum aliis diversis ordinationibus, & decretis super eadem materiâ.